



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1 Vtrum sapientia dbeat numerari inter dona Spiritussancti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

plus diligit. Dilectio. n. ex debito inferat satisfactionem, & maior dilectio maiorem satisfactionem. Oportuit autem authorem ordine debiti amoris ex charitate declarare ex ordine sui effectus, qui est satisfacere: quoniam ordo satisfactorius ad iustitiam manifeste spectat, & iniuriam alteri fieri, si pervertatur, manifestat.

Vnde patet solutio secundae objectionis. Ex hoc patet sane in relecta, illa propositio est uera, & pertinens ad propositum. Ad primam autem objectionem dicitur, quod dilectio ex debito respectu creatur, neque est infinita simpliciter, quia nulla creatura est amabilis infinite, neque est terminata ad certum terminum simpliciter, puta, tantum, & non plus: quoniam tam pater, quam mater, quam extraneus sufficienter modo a me amatus, potest ex debito amplius amari, puta, si accidat maior necessitas: sed tunc quo dammodo interminata, & quodammodo terminata. Nam extra necessitatis casum, iustitiae unumquemque diligere tantum quantum exterior actus illi debitus exigit. Verbi gratia. Sufficienter diligere patrem quia nunc honoris actus illi debitus exigit, fratrem quantum fraterna communitio requirit, & sic de aliis. Et quia si diligere est unumquemque in suo gradu diligere: ideo humilior dilectio sic est ad quemlibet absolute, quod seruat comparationem dilectione ad alios, alias non in suo gradu quilibet amaretur. In casu autem necessitatis, si multorum est simul casus, plus amatus ex debito preponendus est, quia plus sibi debet fieri satis, cui plus debetur. Si autem uni tantum posterioris gradus accidat casus, tunc ille magis diligendus pro tunc est, quod ad hoc, sicut & magis est illi satisfaciendum. Ex quibus patet primo, quod est implicatio impossibile dicere, quod ego diligam ex debito fratrem, quantum debet: & cum hoc diligam etiam ex debito plus consobrinum, nisi in casu, in quo non pervertitur charitatis ordo: quoniam hoc habet charitatis ordo, ut in casu remotiori prediligatur. Patet secundum, quod auctor ex hoc ipso, quod loquitur de dilectione ex debito, intendit illam adsumptam, arguendo propositionem modo dictam tantumquam impossibilem continentem.

Ad tertium dicitur, quod stando infra terminos dilectionis ex debito, optima est illatio literae: quia, ut dictum est, huiusmodi dilectio est comparatiua, quia unumquemque in suo gradu diligit: & consequenter unicuique iuxta suum gradum facit satis. Ex hoc enim manifeste sequitur, quod plus faciens satis illi cui minus debet, detrahit excellentiam illius, cui magis debetur: quia aufert ab eo suam excellentiam, scilicet, quod magis ametur, quam alteri minus amandus, aufert ab illo amorem, & satisfactionem debitam secundum suum gradum: quoniam secundum suum gradum debet praepari, & tamen de facto postponitur. Et propterea optime inferitur, quod fit illi iniuria. Exemplum autem de fratre, & consobriano fallit, quia transit ad

ipsam rationem uirtutis, cum accipitur secundum proportionem dilectionis ad diligibile, ut ex supra dictis patet. Vnde manifestum est, quod ordo charitatis debet cadere sub precepto.

Ad primum ergo dicendum, quod homo plus satisfacit ei, quem plus diligit: & ita si minus diligeret aliquis eum, quem plus debet diligere, plus uellet satisfacere illi, cui minus satisfacere debet, & sic fieret iniuria illi, quem plus debet diligere.

Ad secundum dicendum, quod ordo quatuor diligendorum ex charitate, in sacra scriptura exprimitur. Nam cum mandatur, quod Deum ex toto corde diligamus, datur intelligi, quod Deum super omnia debemus diligere. Cum autem mandatur, quod aliquis diligat proximum sicut seipsum, praefertur dilectio sui ipsius dilectioni proximi. Similiter etiam cum mandatur 1. Jo. 3. quod debemus pro fratribus animam ponere, id est, uitam corporalem, datur intelligi, quod proximum plus debemus diligere, quam corpus proprium. Similiter etiam cum mandatur ad Gal. ult. quod maxime operemur bonum ad domesticos fidei: & 1. ad Tim. 5. uirtueratur qui non habet curam suorum, & maxime domesticorum, datur intelligi, quod inter proximos, meliores & magis propinquos magis debemus diligere.

Ad tertium dicendum, quod ex hoc ipso quod dicitur, Diliges proximum tuum, datur consequenter intelligi, quod illi qui sunt magis proximi, sunt magis diligendi.

& quae iudicatur: aut in ratione assensus, & iudicii. Non in hoc ultimo: quoniam utrobique dicitur in litera, secundum ueritatem diuinam. Non in secundo, quia tam fides, quam sapientia est principaliter Dei, & secundario aliorum. Non in primo, quia in ratione assensus importatur iudicium. Quicumque enim assentit absolute formidine, iudicat sic esse, & e conuerso.

Ad hoc dicitur, quod differentia ista consistit in primo, in differentia scilicet inter assensum, & iudicium. Assensus namque est determinatio sui ad alteram partem contradictionis. Quicumque enim assentit alicui affirmationi, uel negationi siue ex euidencia rei, siue ex autoritate dicentis, siue ex signis, ex hoc dicitur assentire, quod seipsum secundum intellectum partem determinat ad talem partem. Iudicium autem est determinatio rei ut est, uel esse debet. Ex hoc enim aliquis dicitur iudicare aliquid, quod determinat illud sic esse, uel sic debere esse. Et quantum utrumque alterum inferat, quia determinans seipsum ad alteram partem, determinat illam sic esse: & e contra, determinans aliquid sic esse, determinat se ad illam partem, formaliter tamen differunt, ut dictum est. Et assensus, prior uidetur iudicio secundum naturam. Et differentia quidem signum est, quod uidemus quod nescientes determinare, quae contradictionis pars uera sit in aliqua materia, puta, conceptionis beatae Virginis, abstant a iudicio: & cum hoc determinantes se ad unam partem, credunt illam,

plus facere, cum sermo noster sit de plus satisfacere. Et similiter transit ad amorem supererogationis, cum sermo noster sit de amore debito. Concedimus enim, quod potes consobriano plus facere, quam fratri carnali, relinquendo ei maiores opes, quia hoc spectat ad amorem supererogationis respectu utriusque, scilicet tam fratris, quam consobriani: & tu supererogationis amore potes plus amare consobrinum, quam fratrem carnalem. Ordo enim charitatis statutus est tantum in amore debito, & non in amore supererogationis: quoniam in amoris supererogationis quocumque ordine nulli fit iniuria, sicut fit in amoris debiti ordine praepostero, ut auctor in litera docet, & declaratum est. Verum tamen etiam oportet, quod eadem charitas, quae plus facit consobriano, faciat et plus satisfacere fratri, & simpliciter, & in casu, sicut charitas supererogans inimico facit plus satisfacere amico simpliciter, & in casu.

QVAESTIO XLV.

De dono sapientie, in sex articulos diuisa.

**D**EINDE considerandum est, de dono sapientie, quod respondet charitati. Et primo de ipsa sapientia. Secundo, de uitio opposito.

CIRCA primum queritur sex.

Primo, Vtrum sapientia deat numerari inter dona Spiritus sancti.

Secundo, In quo sit in subiecto.

Tertio, Vtrum sapientia sit speculatiua tantum, uel et practica.

Quarto, Vtrum sapientia, quae est donum, possit esse cum peccato mortali.

Quinto, Vtrum sit in omnibus habentibus gratiam gratum facientem.

Sexto, Quae beatitudo ei respondeat.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sapientia debeat inter dona Spiritus sancti computari.

**A**D PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod sapientia non debeat inter dona Spiritus sancti computari. Dona enim sunt perfectiora uirtutibus, ut supra dictum est: sed uirtus se habet solum ad bonum. Vnde & Augustinus dicit in libro de libero arbitrio, quod nullus uirtutibus male utitur: ergo multo magis dona Spiritus sancti se habent solum ad bonum: sed sapientia se habet etiam ad malum. dicitur. n. Iacob 3. Quaedam sapientia est ter-

Super questionem quae dragefines quinquaginta articulo primo.

**I**n articulo primo quaest. 43. i. respone ad secundum, dubium occurrit circa differentiam inter fidem, & sapientiam. Non enim uidetur recte differentia assignata penes hoc, quod fides assentit ueritati diuinae secundum seipsum. Sapientia autem iudicat secundum ueritatem diuinam. Aut enim differentia ista consistit in differentia inter actum assensus, & iudicium: aut in differentia rei, cui assentitur,

Infra art. 4. ad 1. & 2. & 3. dist. 35. q. 2. & 1. q. 1. 1. 2. q. 68. artic. 8. Lib. 3. de libero arbitrio. c. 18. & 19. c. mo. 1.

illam tamquam aliud sit iudicare, aliud asserere. Et dum audimus bellorum, aut quorumcumque gestorum historias, credere nos fatemur, non iudicare, tamquam nos determinemus ad narrata, non narrata causa. Ordinis vero signum est, quod qua liter unusquisque affectus est, taliter iudicat de re, ut patet in gustu febricitantis. Hoc. n. insinuat, quod prius natura est determinationis sui ad aliquid, quam iudicium de illo. Et propterea sapientia in litera ponitur differens a fide secundum differentiam iudicii ab assensu, & ponitur posterior fide. Inter fidem ergo, & sapientiam haec est differentia, quod fidei primò est assensus, sapientia vero primò est iudicium. Dico autem primò, tum quia unum infert reliquum, tum quia non intelligit dona Spiritus sancti sic distinguuntur a virtutibus theologis, ut perficiant ad actus disparatos, sed ut perficiant inchoationem bonitatis, quam actus, qui non primò, sed secundario sunt theologiarum virtutum, ab illis sortiuntur. Verbi gratia, fidei actus primò est assentire, & eiusdem est etiam percipere, & iudicare & secundum Deum, & secundum causas creatas, & applicare ad singularia, ut patet in homine existente in peccato mortali, cauente tamen se ab idolatria, homicidio, furto, eunte ad praedicationes, & missas. Talis enim absque donis Spiritus sancti, quae non possunt esse informia, per fidem percipit diuina, iudicat cauendum ab idolatria secundum altissimam causam, & ab homicidio etiam secundum causam creatam, quia non est nocendum proximo, & applicat se ad particulares executiones obsequij fidei in missis &c. qui tamen actus spectant ad dona intellectus, sapientiae, scientiae, & consilij: sed hi actus non perfecti sunt ita a fide, quin egeant donorum perfectione, a

rena, animalis, diabolica: ergo sapientia non debet poni inter dona Spiritus sancti.  
¶ 2 Præterea. Sicut Aug. dicit 12. de Trin. Sapientia est diuinarum rerum cognitio: sed cognitio diuinarum rerum, quam homo potest per sua naturalia habere, pertinet ad sapientiam, quae est virtus intellectualis: cognitio enim diuinarum supernaturalis pertinet ad fidem, quae est virtus theologica, ut ex supra dictis patet: ergo sapientia magis deberet dici virtus, quam donum.  
¶ 3 Præterea. Iob 28. dicitur. Ecce timor domini, ipsa est sapientia, & recedere a malo, intelligentia. ubi secundum literam septuaginta interpretum, quae utitur Aug. habetur. Ecce, pietas ipsa est sapientia: sed tam timor, quam pietas ponuntur dona Spiritus sancti: ergo sapientia non debet numerari inter dona Spiritus sancti, quasi donum ab aliis distinctum.  
SED CONTRA est, quod Isa. 11. dicitur. Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae, & intellectus.  
RESPON. Dicendum, quod secundum Phil. in princ. Metaph. Ad sapientem pertinet considerare causam altissimam, per quam certissime de aliis iudicatur, & secundum quam omnia ordinari oportet. Causa autem altissima dupliciter accipi potest, vel simpliciter, vel in aliquo genere. Ille ergo, qui cognoscit causam altissimam in aliquo genere, & per eam potest de omnibus, quae sunt illius generis, iudicare, & ordinare, dicitur esse sapiens in illo genere, ut in medicina, vel architectura, secundum illud 1. ad Corin. 3. Ut sapiens architectus fundamentum posuit. Ille autem, qui cognoscit causam altissimam simpliciter, quae est Deus, dicitur sapiens simpliciter, in quantum per regulas diuinas omnia potest iudicare, & ordinare. Huiusmodi autem iudicium consequitur homo per Spiritum sanctum, secundum illud 1. ad Corin. 2. Spiritus iudicat omnia: quia sicut ibidem dicitur. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Unde manifestum est, quod sapientia est donum Spiritus sancti.  
AD PRIMUM ergo dicendum, quod bonum dicitur dupliciter. Vno modo, quia est verè bonum, & simpliciter perfectum: alio modo dicitur aliquid esse bonum secundum quandam similitudinem, quod est in malitia perfectum: sicut dicitur bonus latro, vel perfectus latro, ut patet per Philosophum in

5. Metaph. Et sicut circa ea, quae sunt verè bona, inuenitur aliqua altissima causa, quae est summum bonum, quod est ultimus finis, per cuius cognitionem dicitur homo verè sapiens: ita etiam in malis est inuenire aliquid, ad quod alia referuntur, sicut ad ultimum finem, per cuius cognitionem homo dicitur esse sapiens ad male agendum, secundum illud Hierem. 4. Sapientes mala: bene autem facere nec sciunt. Quod temeritatem sine debito, necesse est esse finem indebitum sibi praestitutum: quia agit propter finem. Unde si praestitutum bonis exterioribus terrenis, vocatur sapientia: si autem in bonis corporalibus, vocatur sapientia animalis: si autem in aliqua excellentia sapientia diabolica, propter imitationem diaboli, de quo dicitur Iob 41. Ipsa est enim filios superbia.  
AD SECUNDUM Dicendum, quod sapientia dicitur donum Spiritus sancti, dicitur autem virtus intellectualis acquisita. Naturatur studio humano: haec autem est sapientia, ut dicitur Iac. 3. Similitudo est enim. Nam fides assentit veritati diuinae secundum iudicium quod est secundum meritum pertinet ad donum sapientiae. Et ideo dicitur quod cognoscit, ut dicitur in 1. ad Corin. 13. Et dicitur quod pertinet ad cultum Dei, est manifestatum per cultum Dei proferantur sicut pietas manifestat sapientiam: & propterea quod pietas est sapientia, & eadem est Per hoc. n. ostenditur, quod homo habet dicitur de diuinis, quod Deum timet.

ARTICVLVS III.  
Vtrum sapientia sit in intellectu, sicut in subiecto.  
I  
AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod sapientia non sit in intellectu sicut in subiecto. Dicit enim Aug. in libro de Gratia noui testamenti, quod sapientia est charitas Dei: sed charitas est sicut in subiecto in voluntate, non in intellectu, ut supra habetur: ergo sapientia non est in intellectu sicut in subiecto.  
¶ 2 Præterea. Ecclesiasti. 1. sexto dicitur. Sapientia doctrinae secundum nomen eius est: dicitur enim sapientia quasi sapida scientia, quod uidetur ad affectum pertinere, ad quem pertinet experiri spirituales delectationes, sicut dulcedines. ergo sapientia non est in intellectu, sed magis in affectu.  
¶ 3 Præterea. Potentia intellectualis sufficienter perficitur per donum intellectus: sed ad id, quod unum, superfluum est plura potentia in intellectu.

Lib. 13. e. 19. circa princ. om. 3.

q. 4. art. 7. & 1. 2. q. 62. ar. 3.

Li. 14. de Tri. ni c. 1. & lib. 2. c. 14. 10. 3.

Li. 1. ca. 3. to mo 3.